Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



167

filius eius pompinius cepit uociferando clamare ad palatium
pergens. Moderatores et gubernatores rei publice uere sub
uenite ut extinguantur artes magice induti. Hoc audi
ens prefectus urbis cesarius intimauit neroni. augusto
rem gestam. Hero autem imperator precepit dicens. Non tardentur
si celerius extinguantur. Pompinius uero filius paulini magistri
officii. cepit fortiter urguere prefectum urbis cesarium. Tunc
prefectus data in eos sententia. et iussu eius eiciuntur de
custodia. educti foras muros urbis rome in uia. que
aurelia nuncupatur ibi gladio sunt amputati capi
te. Beatissima autem lucina cum hoc uideret sequebatur
eos cum familia sua usque peruenirent iuxta formam
aque ductus ubi. et iam et decollati sunt. et corpora
eorum relicta sunt truncata a canibus deuoranda. Tunc sanctis
sima femina lucina collegit corpora eorum. et condiuit
cum aromatibus preciosis et sepeliuit in predio suo in a
renario iuxta locum ubi decollati sunt. sub die vi non
iuni via aurelia ubi prestantur beneficia eorum usque in
hodiernum diem. Regnante domino deo atque saluatore
nostro ihesu xpo. q. c. d. p. et s. s. u. et r. d. p. o. ss.

Passio sancti Nicomedis martiris

Beatissimi martiris for
tissimique ad lete xpe Nicomedes cer
tamina passionis. et que ex antiquorum
relatione nostris innotuere temporibus fidelium auribus
commendantes. oportet ut eiusdem constantiam pas
sionis. uertantes nobis in exemplum imitande uir